UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus

München, 1636

Testimonivm P. Antonii Svcqvetii qui fuit Ioanni Berchmanno rerum Spiritualiu[m] Magister.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55266

Visual Library

ſecreta Confeſſionum Berchmanni reuelarit, ſciendum eſt primùm à P. Ceccotti in hoc teſtimonio nullas reuelatas eſſe res, niſi quæ ad commendationem virtutis pertinent, quod licitè legitimè rectéque fieri poſſe Theologi docent. Deinde Berchmannus ipſemet Confeſſarijs ſuperioribúſque ſuis poteſtatem fecit ſyngrapho ſcripto ſua omnia indicandi, & hæc ſyngraphi verba ſunt: Do facultatem vt plenè & liberè vtatur hac ſcientia ex Confeſſione.

TESTIMONIVM

P. ANTONII SVCQVETII qui fuit Ioanni Berchmanno rerum Spiritualiũ Magiſter.

RELIGIONE adductus, cùm eum (Berchmannum) in petitione Societatis adhuc ſæcularem, iuſſu ſuperiorum examinarem, videbar mihi primo aſpectu ani-

Virg. Cepar. & Herman. Hug. Vit. eius, pag. 37.

animique conceptu, Angelum humano in corpore videre, quem tâlem reuera eſſe, mox certius deprehendi vbi mentē eius penitus penetraui. Erat enim ſumma eius innocentia, modeſtia ſingularis rara in agendo ſuauitas, & quod caput eſt non humana ſed cæleſtis. Superiorū erat obſeruantiſſimus; conſtantiſſimus, rerum ſemel ſuſceptarum, orationi deditiſſimus, in qua ſæpe præclaris à Deo luminibus fuit cumulatus, neque aliud, quàm DEI gloriam ſpirabat. Ita ex animi ſententia teſtor.

Alterum eiuſdem P. Antonij Sucquetij Teſtimonium ad P. Virgilium Ceparium.

Primam partem vitæ fratris noſtri Ioannis Berchmanni beatæ memoriæ, quam Reuer. Veſtra diligenter conſcripſit, longè ſanè mihi iucundiſſima accidit, & haud ſcio an alia vlla lectio gra-

Virg. Cepar,
& Herman. Hug. Vit. eius pag. 38.